

46. INSCRIPTIONES IN PAVIMENTO VIARVM AEDIVMVE.

870 *a* litteris vetustis. Pompeiis reg. IX ins. 2 ad latus eius septentrionale inter aedes n. 25. 26 in silice viae lateris meridionalis.

b litteris vetustis altis m. 0.14. Pompeiis reg. IX ins. 2 in viae Stabianae marginis orientalis fronte occidentali.

871 litteris vetustis. Reg. VII ins. 4 in viae nonae (*via storta*) pavimento silici incisum inter n. 28 et 29.

870 *a b* EX · K · QYI

871 K · Q

870 a Descripsi.

870 b Recognovi descriptam ab Heydemanno. Avellino Bull. Nap. 5 (1847) p. 32, acta 22 Apr. 1851 vol. 2 p. 501; Garrucci *graffiti* p. 40; Zangemeister IV, 2307 et tab. 34, 31.

871 Descripsi. Fiorelli *descrizione* p. 222; Zangemeister IV, 1622 et tab. 34, 41.

Quo pertinuerit dies in silice margineve viarum incisus sine ipsius anni significatione, non liquet. De anno novo cave cogites; nam aetate liberae rei publicae, cuius hi tituli sunt, magistratus Pompeiis quoque k. Ian. videntur iniisse (v. p. 90).

872 a [= 6302, 1] tessellis versicoloribus in crepidine viae ante ostium aedium q. d. Fauni (reg. VI ins. 12 n. 2).

b tessellis albis in pavimento triclinii ad d. cauponae aedium reg. I ins. 2 n. 22.

c tessellis in pavimento prothyri supra ursum qui venabulum ore tenet reg. VII ins. 2 n. 45.

HAVE

a Descripsimus ego et Mau. Fiorelli *descriz.* p. 154.

b Legi. Fiorelli *descriz.* p. 46.

c Fiorelli *relaz.* (1873) p. 90, *descriz.* p. 197.

880 [= 6302, 5] in opere tessellato, in quo cernitur bestiarius, supra quem est vulpis, infra aper et canis; rep. Pompeiis in domo q. d. *del cinghiale* (reg. VIII ins. 3 n. 8) ACTA 14 Ian. 1809 [ed. 1, 3, 13]. Fuit deinde apud principem Salerni et cum reliqua eius antiquaria supellectile publice auctione facta veniit.

supra hominem:

FESTVS

CVM

TORQVATO

infra:

ME · TORQVATVM

Descripsit Otto Jahn, qui non vidit ME. De Iorio p. 68 = 48.

873 *a* in pavimento tessellis albis et nigris rep. Pompeiis d. 12 Nov. 1757 ACTA [ed. 1, 1, 62].

b [= 6302, 2] in simili pavimento ad aedium q. d. Vestarium [reg. VI ins. 1 n. 7] ostium orientale rep. 24 Nov. 1785 ACTA [ed. 1, 2, 28]. Periit.

c in simili pavimento in via Stabiana in fullonicae [reg. VI ins. 14 n. 21] membro eo, quod est ad sinistram ostii.


SALVE

a Acta l. c.; Niccolini *descriz. gener.* tab. 5, si quidem eadem est.

b Acta l. c. (inde Romanelli *viaggio* 1, 99;

Iorio p. 53 ed. 1; Fiorelli *descrizione* p. 78).

c Mau qui vidit dedit; disposita est sic:



874 in pavimento operis Signini lapillis facto in aedium Sirici ostio occidentali (reg. VII ins. 1 n. 46).

SALVE · LVCRV

Recognovi post Mauium. Breton *Pompeia* ed. 3 (1870) p. 445; Niccolini *casa di Sirico* tab. 1; Fiorelli *relaz.* 1873 p. 90, *descr.* p. 177.

Facto canali litterae tres extremae deletae sunt mox restitutae. In fine M neque est nec fuit umquam.

875 rep. m. Sept. a. 1876 in pavimento operis Signini atrii aedium insulae 14 reg. VI, quarum ostium est in latere occidentali quartum a septentrione, inter ostium et impluvium.

LVCRVM GAVDIVM

Mau dedit.

881 in pavimento tessellis albis facta et circulo tesserarum albarum inclusa in atrio aedium A. Octavii Primi (reg. VII ins. 15 n. 12). Mox periit.

PVTEVS
AQVAE

Dedit Mau. Giornale degli scavi N. S. 2 (1873) p. 430; Fiorelli *relaz.* (1873) p. 90, *descriz.* p. 313.

876 [= 6302, 4] Pompeiis in vico phallorum.

caduceus alatus, delphinus, calathus

LVCRV · ACIPE

Bull. Nap. II p. 90.

877 [= 6302, 3] in pavimento operis musei iuxta figuram canis, rep. in ostio aedium q. d. poetae tragicorum (reg. VI ins. 8 n. 5) AMICONE 2 Mart. 1825 [ed. 3, 59]. Extat Neapoli in museo.

CAVE CANEM

Recognovi. Mus. Borb. vol. II t. 56 aeri incis.; Gell Pomp. 1835 p. 142 ligno inc.; de Iorio p. 77 = 99; Niccolini *casa del poeta tragico* tab. 1; Fiorelli *descriz.* p. 419.

Cf. Petronius c. 29 in descriptione atrii Trimalchionis: *ad sinistram intrantibus non longe ab ostiarii cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus superque quadrata littera scriptum CAVE·CANEM.*

878 tessellis albis in pavimento triclinii ad d. atrii aedium A. Octavii Primi (reg. VII ins. 15 n. 12).

CEDO CENEMVS

Recognovi descriptam a Mauio. Fiorelli *descriz.* p. 313.

879 ex opere tessellato; Pompeiis *vicolo del panattiere* rep. a. 1867 in limine triclinii aedium reg. VII ins. 3 n. 29.

M · SPVRIVS · MESOR

Heydemann apud Gerhardum *archaeol. Zeitung* N. F. 3 (1871) p. 65; Fiorelli *descriz.* p. 207; cf. *Giorn. degli scavi* N. S. 4 p. 124, 141.

882 [= 6302, 6] Pompeiis in aedibus *de' capitelli colorati* s. Ariadnae (reg. VII ins. 4 n. 31) in via Fortunae, in limine primi cubiculi ad dextram ingredienti a vico Fortunae in tabella ansata.

ICIIIT .. HOC

Avellino Bull. Nap. V p. 36.

Hic et hoc legit Avell.; malim... (Fecit hoc.

883 tubus plumbeus. Pompeiis ad pilam rep. in via qua itur ad portam Nolanam.

M · PACVI
DIADVMENI retrogr.

Giornale degli scavi N. S. 2 (1873) p. 428.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopio.

SEX · ATT · L · F · MEN
EX · TESTAMENTO
ARBITRATV · SEX · ATT · SEX · L · ERO TIS
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAES

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopio c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI
INNOCENTISSIMAE
FEMINAE · BATINIUS
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

in arca:

puer	vas ansa-	puer
personam	tum cum	personam
sustinen	pomis et	sustinen
	frondibus	

Recognovi descriptam a 1877 a Stevensonio.

Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8135 supra arcum rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIA'E
Q · VIX ANN LVIII M XI D · XV
CORNELIVS CARPOPHORIAN
MATRI DVLCISSIMAE


Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 225; I. B. de Rossi
Bull. crist. 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA*i*
RVFO · LICINIA · VX*or*
VIRO · SVO · BENE · ME*renti*
ET · SIBI · VIVA · FECIT
5 HOC · MONVMNTVM *sive*
SEPVLCRM · H · N · S

Minervinius misit acceptam a syndico Casolensi Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8134.



Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 26. Misit item Barnabeus.

ad p. 89. Ad celebranda clavis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prouidit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. mus. Rhen. 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierius l. c. (vide ad p. 89) p. 43 seq. quod probatum ivit Pompeios interisse facta eius autumni vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

/ / / / / CIVN / / /
/ / / / / -11111 / / /
5 · Q / / / 11VS / O / / E
/ / / / / A / / / / /

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Jul. 1879.

DEPSSIO INFATES
ASELIES QYE VIX
IT ANNVS TRES
FFLL VINCENTIO
5 ET FRAVTO VV CC p. C. 401
CONSS

Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 208 (inde Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NOMINE X HIM
OPPIO PAVLO · DVL
CISSIMO · FILIO · QVI
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II
5 DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS
P B X M P

Rispoli apud Fiorellium
Not. degli scavi 1879
p. 225; I. B. de Rossi
Bull. crist. 1879 p. 120.

1 in nomine Christi Hi(esu)m explicat Rossius, citans Tropeanam n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE
PVELLHE columba
an NVOS SEX cum ramo
BENEMERENTI olivae X

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 124.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 124.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

'Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 ('*piedra viva*' Acta). 1015 ('*piedra viva*' Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmori n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828.

830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906.

908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986.

988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035.

1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071.

1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Operae museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990.

1065. 1074. 1075.

ad n. 845. Pro 'in hermis quattuor' scr. 'in hermis duobus pilisque duabus'. T eminet in herma altera.

ad n. 829. Iam Neapoli in museo.

ad n. 838. Observavit Zangemeister quadratum dedisse M·HOLCO NIRVF QVFO, id est cum primum scripsisset *M. Holconi Rufo*, mox emendavit aut *M. Holconio Rufo*, ut litteras VF calce obtegeret, aut *M. Holconio M. f. Rufo*, lamellis aereis adjunctis ex v faciens M.

ad n. 860. Duorum hermarum alter adhuc est loco antiquo ad dextrum tablini latus, alter in museo Neapolitano; furto neuter ablatus est.

ad n. 874. Primus edidit Kiessling *Bull. dell' Inst.* 1862 p. 95.

ad n. 875. Ediderunt Fiorelli *Notizie degli scavi* 1876 p. 147; Mau *Bull. dell' Inst.* 1878 p. 90; *Viola scavi dal 1873 al 1878* p. 45.

ad n. 882. Periisse scribit Mau.

8146 (8146. 8147 ins. post n. 883) lapillis albis Pompeii in pavimento operis minime boni, quod proxime ante oppidi excidium factum esse appetat, atrii aedium reg. IX ins. 6 n. 5 prope parietem anteriorem ab angulo intranti a dextra usque ad ostii murum sinistrum. Litterae altae sunt ad sis m. 0.075, GR^A 0.09, GRATVS·ARCHIEC 0.11, S·P·S·EGO 0.12 ad 0.14, FELIX 0.11.

AVE QUARTILA · DA · BIS · SALVS · SIS · GR^A · GRATVS ARCHIEC · S · P · S · EGO · FELIX

Descripsit Mau. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1878 p. 322; *Viola gli scavi di Pompei dal 1873 al 1878* (in parte secunda voluminis citati ad p. 89) p. 44.

Fiorelli et Viola legerunt AVE QUARTILA · DABIS · SALVS · BIS · ORA · GRATVS · ARCHIEC · S · P · S EGO FELIX MEI, dubitantes de litteris inclinatis. In mentem venit: ave Quartila; da bis(?). Salv(u)s sis, Gra(te). Gratus architec(tus) s(alutem) p(atronae?) s(uae?). Ego Felix [fe]ci(?). Gratum architectum a domina pavimentum facere iussum id opus per servum Felicem executum esse crediderim eumque servum et dominum et operis dominam sic coluisse salutationibus ipsi operi insertis.

8147 in eodem atrio, ubi est n. 8146, prope impluvium in margine ad occidentem cernitur simili scriptura tessellata:

HELLEN

Mau descripsit. Fiorelli *Notizie degli scavi* 1878 p. 322; *Viola gli scavi di Pompei dal 1873 al 1878* p. 45.

8148 (ins. post. n. 960) basis ex marmore coloris cinerei alta m. 0.19, longa lataque m. 0.30. Rep. Pompeii in opere posita in aedibus reg. VI ins. 5 n. 16 in cubiculo secundo a sinistra atrii.

in antica:

C · TILLIVS · C · F · RV · ITER
P · MACCIVS · P · F · MELAS
II · VIR · IVR · DEIC
EX · D · D · FAC · COER

in plano superiore ad sinistram litteris leviter incisis:

L · MEVIVS · I · F ///
T · VILIUS C FVA //
IV VIRID //

Descripsit Mau lapidem lectu difficillimum propter incrustationem superficie. Ed. anticam Sogliano apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1881 p. 24 imperfecte, plene p. 141.

1 TULLIVS Sogl. — 2 MELAS Mau, SELAS Sogl. — Secundus titulus fortasse venit ab otioso quodam qui priorem neglegenter aut expresserit aut imitatus sit.

ad n. 937. L. Bruzza (in parte priore voluminis Pompeiani in add. his ad p. 89 citati p. 131 seq.) plumam accipit pro ala aedificii. At ala sive πτερόν a plumae vocabuli significatione ita differt, ut illam interpretationem qui probet non facile inveniatur.

ad n. 973. Descripsit Dressel sic:

// · D · D · FAC · C

8143. 8144 (ins. post n. 843) Pompeii in theatro maiore in cuneo ei qui ab occidente numerare incipit quarto, praecinctione secunda, gradu undecimo duo saxa ita divisa sunt, ut singulis spectatoribus attribuantur cent. 39 locisque adscribantur numeri ii qui sequuntur. Interstitium non sufficere numeris IV—X ait Mau.

in priore: in posteriore:

I II III XI XII XIII XIV XV

sic

Dressel et Mau descripserunt Memorant numeros acta d. 2 Aug. 1792 [ed. 1, 2, 49]. Frustra indagavit Nissen *pomp. Studien* p. 246.

ad n. 978. Vedit Dressel, legens 2 OTACILU

ad n. 987. Vedit item Dressel, qui cogitavit de mensura) ur[bara].

ad n. 988. 1022. 1040. 1076. 1078. Hodie prostant in museo Pompeiano.

ad n. 1027. Cf. titulum n. 1491* confictum hoc adhibito.

8145 (ins. post n. 869) tabella tofacea litteris pulchris colore rubro pictis, Pompeii muro orientali insulae, quae in regione IX quintae et sextae ab oriente adiacet, infixa, infra magnum phallum ex lapide calcareo. Sarnensi factum et ipsum colore rubro pictum. Est in promptuario.

HANC · EGO

CACAVI

Descripserunt Mau a. 1880 et Dressel. Fiorelli *Not. degli scavi* 1880 p. 104.

8149 (8149—8155 ins. post n. 993) in tofo litteris olim miniatis. Pompeii reg. VIII ins. 8 n. 22.

XXIII
HEL

Dressel descripsit.

8150 fragmentum marmoreum litteris pulchris. Pompeii in horreis curiae.

HO

Dressel descripsit.

8151 in lapide calcareo. Pompeii reg. VI ins. 3 n. 15.

IANVS

Dressel descripsit.

8152 in tofo secto postea et in opere collato. Pompeii in horreis curiae.

NI D / AT D F

Descripsit Dressel.

8153 in tabula marmorea Pompeii pro gradu podii aedis q. d. Mercurii in latere septentrionali.

CLXXXIII

Dressel descripsit.

8154 in tabula marmorea Pompeii pro gradu podii aedis q. d. Mercurii in latere septentrionali.

DVO · EX · J · N

Dressel descripsit.

8155 incisum in lapide Sarnensi in opus ita coniecto, ut numerus cernatur inversus. Pompeii reg. VI ins. 7 n. 25.

XVII C

Mau descripsit.

8156 (ins. post n. 993) in clava marmorea fracta longa dec. 3. Pompeii.

PRIMO · C

Acta Pompeiana 18 Apr. 1853 [ed. 2, 552].

8157 (ins. ante n. 1047) tabula marmorea litteris non bonis, saeculi tamen primi, rep. c. a. 1877 loco antiquo sub aedicula parieti inserta extra Pompeios *tra i mulini di Bottaro, i mulini de Rosa e la vecchia strada di Castellamare*. Sub eodem pariete reperta sunt protome viri barbati pileum nautarum gerentis, catena aurea, armillae aureae aliaque, quae vide recensita apud Duhnium. Fuit Neapoli apud Gabriellum, a quo comparata Bourguignon dedit museo Neapolitano.

SEX · POMPEIVS

SEX · L · RVMA

NEPTVNO · V · S · L

F. de Duhn misit ediditque mus. Rhen. nov. 36 (1881) p. 190. Fiorelli *Not. degli scavi* 1881 p. 121.